

228.

F 328 e

N.4769

4

VERAM
LIBERTATIS NOTIONEM

CONTRA

CELEB. REINHARDVM

T V E T V R

ET

DVOBV S VIRIS PRAENOBILISSLIMIS

DISCESSVM

AB ALMA LEVCOREA.

GRATVLATVR

NOMINE EORVM QVI SVB MODERAMINE

VIRI

EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMI DOCTISSIMI

IOANNIS DANIELIS TITII

PHYS. PROF. PVBL. ORD.

IN

DISSERENDO SE EXERCENT

A V T O R

IOANNES DAVID RIEPK

WITEBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI

ACADEMIA A TYRI

VERA
LIBRARIATIS NOTIOINEM
GONTA
GELEER REINHARDUM
TAVETAR
TAT
DUCONAS VITIS PREVENCORIIS
DISCESSAM
AN ALIA LEGACORAY
GALLATLATOR
MOMINGE HORUM 647 SVA MODERATIONE
VIRI
EXCELLENTISSIMI IMPERISSIMI DOCTISSIMI
JOANNES DAVID RIEPER
GILLES BROL TAVR ORB
IN
PRAESERTIM DE MATERIA
AUTOR
WITTEGENAGAE
PETRO EPHRAIM GOTTLOR BICENSTAFDI
COLLEGIVIT A TUTIB

VIRI SATEN V nobis
PRAENOBILISSIMIS ATQVE DOCTISSIMIS
DOMINO

IO. THEOPHILO DRAGHEIM

DANTISC. BORVSS.

E. A. MAGISTRO ET REV. MINIST. CAND.

NBC NON.

DOMINO

VALENTINO LOBEGOTT HACKER

DANTISC. BORVSS.

REV. MINIST. CAND.

FAVTORIEVS ATQVE AMICIS

AESTVMATISSIMIS

FAVTOR.

VIRI

PRAENOBILISSIMI AMPLISSIMI DOCTISSIMI

FAVTORES ATQVE AMICI

MVLTS NOMINEV S COEENDI

Quo maior fuit VESTRA, qua nos omnes amplexi estis a
amicitia, eo maior est dolor, quem e discessu VESTRO
percipiimus. In primis animus meus maximo perfunditur
moerore, pristino in memoriam reuocato tempore, quod mihi
in consuetudine VESTRA semper fuit, et esset debebar, iucundissi-

um, siquidem VESTRA, quam gerebaris, vita, virtute, honestate
moram, et religione erat exornata. Diligentia VESTRA, non
modo laudibus dignissima, sed et sic erat comparata, ut omnibus
litterarum cultoribus ad imitandam proponi posset. Certe habui-
mus, quam admirati sumus, VESTRAM in vero cognoscendo af-
fiduitatem, et in disceptando alacritatem, quae nobis eandem ad
solidam eruditionem viam ingrediendi, insigni fuerunt exemplo.
Iam derelinquitis Academiam nostram, Patriam salutaturi, VOBIS,
et ex parte quoque mihi, qui per biennium in Illustri Gymnasio Ge-
danensem Academico, in litteras incubui, carissimam, expectantes
praemia, quae eruditio VESTRA, haud vulgaris, morumque pro-
probitas merentur. Summum Numen VOBIS fausta quaevis at-
que felicia eueniare, conatus VESTROS votis respondere, et ad me-
tam VOBIS praescriptam breui Vos contingat tempore sincere
atque iubeat. De caetero accipite laeti et amica fronte ad Vos,
vnde profectum est, amoris memoriaeque gratae pignus, atque in
hac, quam suscepit vltro et lubens, scriptione, etsi nullus ingenii
ostentandi locus mihi fuit relictus, solam amoris mutui affectum
spectate. Valete, VIRI CLARISSIMI, et amare nos, quod faci-
tis, constanter pergit; nos certe operam dabimus, ne et hic in
omni officiorum erga Vos genere quidquam desidere-

tis. Scribebam Vitebergae d. XII. Nouembr.

A. R. S. CICICLXIV.



I. I.

I.



NNeue Untersuchung des Satzes: Ob die Gottesleugnung und die verkehrte Sitten aus dem System der Fatalitaet herkommen. Leipzig

A

zig

zig 1752. Huic se opposuit Vir Illustris, Adolphus Fridericus Reinhardus, Aulae Mecklenburgicae Streliziensis a Consiliis Grausifraus, *im Sendschreiben an den Hochwohlgeb. Hn. Hn. Johann Ernst Freyberrn von Hardenberg, etc. über den vor einiger Zeit aus dem Französischen ins Deutsche überzefzen Tractat: Ob die Gotteslehre, etc.* Leipzig 1753. Vtrumque librum cum perlegisset, statim deprehendere mihi usus sum, Reinhardum, Virum doctiss. non tam aggressum fuisse Auctorem ipsum, quam potius Commentatorem grauissimum, qui illum in publicum miserat. Autor Thurneyserus castra Illustr. Wolffii, de facilitate veritate ac perspicuitate Systematis forte conuictus, sequitur; cum e contrario Reinhardus Vir Clariss. praecepsis Wolffianis Crusiana praeserre maluit. Quae cum ita sint, non subit mirari Reinhardum Clariss. aggressum fuisse doctrinam de libertate, aliaque dogmata, quae in Systemate, quod amat, non es, qua in Wolffiano, ratione expounduntur et traduntur. Ea igitur doctrinae atque animorum dissensio me comovuit, vt potiora de libertate momenta expenderem atque dispicerem, vtrum Reinhardi illi obiecta talia sint, quae Cl. Commentatoris asserta pessundarent; quod, quo breuius fiat, ea tantum excerptam, quae mihi in Reinhardi libello doctrinae de libertate verae uidentur contraria, iis quidem relatis, quibus laudatus interpres iam fecit satis. Quac superlunt in aliud tempus differam.

§. II.

Omnia primo Dissentientem Doctiss. pag. 18. 19. offendunt, quae Commentator Clariss. in Nota b. Autorem monuit, scilicet *necessitatem externam libertati non esse contrariam*, id quod Dn. Dissentiens penitus negat. Plurimi Philosophorum libertati assertur obstat necessitatem externam et internam. Illam nihil obesse libertati Cel. Commentator rationibus comprobauit, quae Clariss. Dissentienti non plenarie rem absoluere uidentur. Duplicem enim necessitatem ponit: alteram cum influxu physico in voluntare coniunctam, alteram in sola vi adigenre externa consistentem, absque ullo in voluntatem influxu. Sed quemadmodum prior illa necessitas, dum in intellectum et voluntatem agit, quamvis extrinsecus cogere

cogere dicitur, reuera non est nisi interna necessitas: ita posterior externa, quae absque influxu in voluntatem dicitur esse, necessitatis nomen plane non meretur. Vtrumque paulo fuisus ostendam.

§. III.

In externa necessitate, quando momenta nonnulla inesse ponimus, quibus necessario, ut aliquid velit, nec aliter velle aut agere possit, flectitur voluntas, idem est, ac si absoluta impotentia aliter agendi, h. e. necessitate interna impeditur. Igitur non mirandum est, ex necessitate externa, quae hanc absolutam aliter agendi potentiam infert, necessitatem internam oriri, et ab ill. Reinhardo externam falso appellari. Quando autem externa necessitas per vim extrinsecus adigentem ens agens determinat ad agendum, ei tamen aliter agendi facultatem non adimit, atque eatenus actio agentis non coacta, sed invita, h. e. talis est, quae libera in se, propter rationes displices suscipitur. In actione coacta voluntas non determinatur ad actionem, sed vi externa vel ad agendum, vel ad patiendum compellitur. Spontaneitati externa necessitas opponenda est, interna libertati. Nec precario. Spontaneitas enim facultas est, agendi id, quod confusa, seu sensitiva cognitio reliquis praefert. Quicquid igitur spontaneitati obstat, id organa sensoria afficiat oportet, sive extrinsecus adigat ens agens, quo minus faciat quod velit; vt, si gressus animalis fossa, aut rivo interiacente sistitur. Hic notare opus est, praeter libertatem hominibus etiam inesse spontaneitatem, quod interdum confuse res sibi repraesentant, sive confusa cognitione aliquid appetunt, quae ope sensuum orta, mutari, nisi extrinsecus, non potest; consequenter spontaneitati etiam in homine necessitas tantummodo externa obstat. Praeterea, quando necessitatem externam libertati contrariam esse, Commentator doctissimus negavit, absurdum quid prorulisse eum, confidens magis quam vere, Aduersarius Clariss. statuit, addens, externam necessitatem spontaneitatem pariter ac libertati oppositam esse, quod nulla libertas sine spontaneitate possit cogitari. Quod si esset verum, falsum ramen esset, spontaneitatem non sine libertate posse cogitari, vt in brutis contrarium obtinet. Sed ne quidem omnino verum est Reinhardi responsum. Namque libertas vtique sine

Spontaneitate reperitur esse, ut in Deo. Deinceps, spontaneitatem non nego, vel ab ipso illustri Woltio, Metaph. §. 519. vt principium animae internum sese determinandi, considerari, adeoque libertatem ipsi subesse spontaneitati. Sed quis non animaduertit, spontaneitatem hoc loco considerari vt genus quoddam superius, facultatem se determinandi tum ex confusa, tum ex distincta representatione comprehendens, quo tamen sensu spontaneitatis vocabulum, recepto loquendi more, raro adhibetur.

§. IV.

Quae Clariss. Dissentiens p. 17. ait: *dass die Eintheilung der deutlichen und undeutlichen Vorstellungen keinen richtigen Grund zur Unterscheidung der Seelen-Kraeffte abgebe; ei concedere non possum, neque ratio constat, cur eam in dubium vocet diuisionem, quam adeo nota credo, vt fere reprehendendus essem, si eandem vterius exponere fulciperem. Sed magis constat, representationem mentis hanc ipsam diuisionem constituere, ita quidem, vt aliae sint facultates superiores, vbi distincte res perspicit; aliae inferiores, vbi obscure et confusa easdem cognoscit. Qui igitur sit, vt Adversarius Praenobiliss tam indubie afferat, differentiam representationum in animo obuiarum, differentiam in animae facultatibus non constituere, nec constitui posse? Si forte in ea versatur sententia, vim animae esse unicam, scil. vim cogitandi, non animaduertisse videtur, animam saepe numero non cogitare, h. e. distincte sibi res representare, earumque sibi esse conscientiam, sed representationes producere obscuras et confusas, quemadmodum in somno, in deliris accidit, et apud illos, qui mentis non sunt compotes. Certum igitur est, libertatem ab distincta cognitione rerum eligibilium, hanc vero ab intellectu magis, quam ab organis sensoriis produci. Quare posito libertatis obstaculo, ponitur aliquid, quo ipse intellectus vel plane agere, vel rem tanquam appetitam voluntati offerre prohibetur; igitur hoc obstaculum internum est. Addo, libertatem interdum cum spontaneitate coniunctam sumi, si scil. defectum coactionis indicat, immerito autem cum libertate combinari, si pro facultate agendi ex cognitione confusa*

fusa habetur. In quo Ill. Reinhardus, me iudice, vulgares libertatis conceptus sibi imponi passus est, cum vocabulum *sponte*, quod ibi frequenter occurrit, male intellexerit, saltim aliter ac illius significatus postulat; quo ipso se iis associatur, qui libertatem a sponte, opinione, nefcio qua, ducti, nolunt distinguere. Mallem, ut ad vivendos huiusmodi serupulos, libertas definiretur per facultatem dirigendi actiones rationales, qua definitione Clariss. Titius in lectionibus philosophicis plerumque vti solet.

Simili modo corruit eius interpretatio, ac si Doctissimus Commentator Wolfianus, Wolfianam condemnaret Philosophiam. Internam, cuius Thourneyserus meminit, necessitatem sic explicat: anima sese aliter, quam actu fit, numquam determinare posset, sed alias actionum suarum regulas, interna necessitate rixas, sequeretur, v. c. si status animae sequentes antecedentibus sic succederent, vt facultas iis mutandis impar esset. Is enim verborum Celeb. Interpretis ultimorum sensus est, quem Illustr. Reinhardus misere contorquer, quemque ex praecedente nota in fine satis perspicere potuisset, vbi Celeb. Interpres ait: *Benachne die außserliche Nothwendigkeit dem Menschen die Freyheit, so müßte sie ihm das Vermögen der Seele anders zu wollen, rauben, welches aber nicht geschieht.* Idem enim Ampliss. Titius his verbis declarat, quae Bülfingerus sic exposuit: „Libera non est actio, quae ex statu antecedente, non in facultate agentis posita, ita sequitur, vt posita conditione, illa non possit non sequi, h. e. quae ex conditione antecedente influente physica et per se necessitante, est hypothetice necessaria.“ Conf. Bülfingeri Dilucidat. p. m. 295. Longe aliud est, si dicimus, voluntas animae in eligendo ab intellectu determinatur, aliud, status animae antecedens consequentem absolute producit.

§. V.

Argumentum fatalitatis, quam dicunt, contra libertatem a Dic-
t. sentiente Doctiss. nobis in forma syllogismi conditionalis p.
21. sq. proponitur, quo facto subdit: *Der Wille kann unmöglich anders, als sich lediglich nach den Vorstellungen des Verstandes rich-*

ren, etc. Prolixissimus est in refutanda positione ista, quam assertunt Wolfianii: *Si decretum voluntatis iudicium intellectus sequitur, libertas ideo non infringitur, sed salua manet.* Ad remouendam vero omnem difficultatem, mihi ostendendum est, nexus inter intellectum et voluntatem adeo non esse necessitatem, ut inde libertas aliquid detrimenti capiat. Non inferior, intellectum in modo ideas representandi regulas sequi et necessario operari, sed ideo quae-liber idea in intellectu per se non est necessaria. Aliter vero se-sres haber, cum determinationibus voluntatis. Leibnitius olim parallelismum instituit inter intellectum in ordine ad verum, et inter voluntatem in ordine ad bonum. Ille verum nobis sistit, idemque interdum tamquam bonum re praesentat, quo percepto conatum eius appetendi in anima sentimus. Nam motiva voluntatem determinant, ut actionem praestet bonumque sequatur et eli-gat. Probe tamen obseruandum est, haec motiva actiones vo-luntatis, vel ipsa teste experientia, non constringere, quin hoc ipso temporis articulo, quo eligit, possit contrarium agere. In-telligo rem, percipio eandem, re praesento tamquam bo-num, id-que distinete: surgit conatus agendi post iudicium, appetere rem videor, pendeo tamen, et per aliqua momenta anceps haerco. Quae-dum fiant, nouae oriuntur perceptiones in animo et aliis in re-ceden-tibus sensationibus versus aliud obiectum feror, priori maxime con-trarium. Hinc patet, perceptiones intellectu factas actionem vo-luntatis intense magis suadere, quam cogere, nec argumenta mouen-tia tantum ponderis semper habere, quin voluntas possit saepissime in contrarium ire.

Sed esto, argumenta esse adeo praeponderantia, ut anima non possit non velle, annon libertas de gradu deiicitur et loco eius ne-cessaria actio voluntatis inducitur? minime genium. Nam non concedo, re praesentationem intellectus esse in se necessariam et in-ferre necessitatem voluntati. Anima enim, re praesentans sibi res exter-nas, secundum hanc representationem semet ipsa determinat, rebus externis tamen conuenienter. Nulla adest causa, cur eius re-praesentationes essent necessariae, cum, quod antecedens consequen-tum non generat; tum, quod obiecta externa in anima non necessario
hanc

hanc vel illam ideam suscitant, sed ipsa potius per insitas sibi facultates ideas illas formeret. Intellexus itaque representationes non sunt necessariac. Quin si largiremur esse iisdem necessitatē quādam, tamen voluntas adhuc libertatem suam retinet. Nam representationes intellectus non sunt nisi causae mouentes, quae cogere non possunt voluntatem, ne contrarium eligat. Cogitum demum intellectus posset, si adigeretur ad eligendum id, quod est peius. Ergo vehementer sibi imponit Cl. Aduersarius, qui vim atque potestatem vocabulorum, *determinare* atque *cogere*, mire confundit et Wolianis iniuris aliquid imputat, quod disertis verbis repudiant. Adeo non respexit verba clariss. Commentatoris in nota e, quam hoc loco refutat, sequentia: *Dies ist eben der Vorwurf, den einige aus der Moralischen Nothwendigkeit hernehmen, die sie dem Willen entgegen setzen, um der Freyheit den letzten Stoß zu geben.* — Addo etiam illustr. Dissidentem, quantum ex tota eius tractatione constat, ab genuino necessitatis in actionibus moralibus conceptu non esse instratum, sed hinc inde egregie coecutire. Itaque maioris luminis causa ex ipsis Cl. Titii lectionibus philosophicis licet milii ea adferre, quae hanc in rem faciunt, et quae auditoribus ipsum vel maxime inculcare memini. Necessitas nempe actionum infert 1) actionis, cuius omnia, ad agendum, requisita adsum, immutabilitatem internam, h. e. talem, quae ex viribus rei insitis, sed ad mutandam actionem non sufficientibus, fluit. 2) defectum clarae, nec dum distinctae, praecognitionis actionis edendae — Ad haec si attendit Ill. Reinhardus, statim peruidebit, necessitatem moralem, quae actionibus nostris inest, non esse illam, quam Fatalistae assumunt, internam.

§. VI.

Prolata obiectione contra libertatem, p. 25. Dissidentis doctiss. putat, Wolffianos non posse eam confutare ex ipsorum Systemate. Quare responsonem Celeb. Commentatoris alto supercilio reprehendit, ac si absolutam actionum necessitatem, quam negant, fundamenti loco poneret. Sed salua res est. Expediunt Wolffiani hanc obiectionem, per definitionem libertatis ipsam et omnis desinit pugna.

pugna. Definiunt enim rūm libertatem per facultatem mentis e pluribus bonis possibilibus, optimum eligendi. Intellectus scilicet nōster sibi semper res repraesentat, vt in se sunt, in primis, si secundum distinctas ideas agit, i. e. si neque imaginatione, neque commotionibus animi turbatur uehementioribus. Ea res, quam sibi silit, vel bona est, vel mala. Illam sibi conducere, hanc nocere, probe perspicit. Harum alterutra eligenda est. Quae circumstant rem, facultas cognoscendi, sc. ratio, per distinctam nexus rerum perspicientiam intelligit, ita, ut iam voluntas bonum et inter plura possibilia bona, optimum eligat. Praeter ea homo perpetuo agitur, se perficiendi conatu et instinctu, adeo, vt secundum summum Iuris Naturae principium nihil agere debeat, nisi quod cum eiusque statum perficiat. Quo pluribus et maioribus vero homo gaudet bonis, eo perfectior redditur. Is itaque, qui optimum eligit, eoque gaudet, omnino se suumque statum perficit.

Omnia quae Fatalistae in argumēto contra libertatem adducunt, scilicet 1) operationes voluntatis pendere a representationibus intellectus, 2) ita, vt voluntas se ad nihil aliud determinare possit, nisi quod intellectus sibi in casu praesenti tamquam optimum praesentat; sic comparata sunt, vt alterum quidem, salut nostra sententia, largiri ipsis possimus, vt in proxime antecedentibus ostendimus; alterum vero negemus. Wolfiani enim nunquam docuerunt, voluntatem ad nihil aliud se determinare posse, nisi quod etc. licet ambus concedant, voluntatem sequi ideas intellectus distinctas. Longe enim diuersa sunt, vt dixi, voluntas agere aliter nequir; et, voluntas sequitur distinctas intellectus representationes. Addunt Fatalistae consequens syllogismi: *in quoivis casu, unicus agendi modus possibilis est. Ergo libertas locum non habet.* Negatur tota consequentia. Probandum enim ipsis est, unicum tantummodo dari modum agendi.

§. VII.

Pag. 25. Dissentiens Doctiss. dicit: *Dieselben sehen, auch ohne mein Erinnern, daß sie (die Antwort) auf der unvermeidlichen*

ehen

eben Nothwendigkeit unserer Handlungen beruhe. Denn der Wille kann nicht anders, als der Vorstellung des Besten gemäß handeln. Diese Vorstellung aber ist nothwendig, weil sie nach dem Wesen des Verstandes, in seinem unveränderlichen Regeln, erfolget ist. Quam hic necessitatem absolutam sibi fingit, euidem non video. Nam primo, repugnat ipsa definitio necessitatis metaphysicae, scilicet absolutae, quippe quae est necessitas, cuius oppositum plane fieri nequit. Quis vero umquam animae hanc necessitatem in eligendo tribuit? In eo enim ipso consistit vera libertas, ut voluntas secundum ideas distinctas intellectus agat; dum autem secundum cognitionem intellectus distinctam agit, necessario quidem, sed sub conditione agit, atque necessitate hypothetica et morali. Sed quemadmodum moralis necessitas non in se, sed tantum data determinatione, finis nempe obtainendi, est necessitas: sic quoque potentiam aliter agendi saluam relinquit; potentiam, inquam, meliora et perfectiora, quandoquidem occurunt, agendi; quae quidem minus bonis et imperfectioribus agendis haudquam impar est. Quodsi voluntas aliquid appetit, semper sub conditione boni appetit ut adeo assertae necessitatis metaphysicae falso arguamur. Deinde, si negaremus voluntatis secundum intellectum determinationem, animae omnem in agendo ab iudicaremus rationem sufficientem. Adsit oportet ratio, cur voluntas hoc illudue appetat, cur agat hoc, nec alia modo. Ad haec etiam merito prouocamus ad liberas actiones hominum. Nemo sanus umquam asseret, nostras actiones esse absolute necessarias. Si hoc enim esset, homo foret automatum, mechanice agens, non vero ens, vi agendi propria praeditum. Cum autem ens sit vi agendi propria praeditum, actiones suas hoc vel alio modo suscipere potest, alias suscipere, omittere alias. Sic penes eum est, velut tempestate serena ambulare, an in museo ad litteras incumbere. Manifestum itaque cuilibet erit, necessitatem metaphysicam, in responsione Wolianorum, nullibi haberi, sed meram esse accusationem falso nobis a Nobilissimo Aduersario factam. Tandem ad expediendam hanc voluntatis ad intellectus representationes determinationem, ad aliam Clariss. Praeceptoris nostri animaduersiōnē prouocare fas sit, qua hunc istum, Illustris Reinhardi, scopulum, ad quem allidere bene multi solent, in lectionibus philosophicis euitare, amicos do-

et. Dicit enim, regulas illas logico-morales, secundum quas appetit anima, non esse easdem, nec eiusdem naturae cum legibus moris, secundum quas corpora agunt, neque iisdem nituntur principiis, quod contra Materialistas, Hobbesium aliosque Anglos, immo contra ipsum Spinozam sollicite notandum est. Quemadmodum enim ex legibus motus facultas clare et distincte representandi nul latenus potest derivari, sic e contrario actionem corporis per se necessariam faciunt et vno modo prorsus possibilem. At vero, motiva actionem aliquam in se necessariam non efficiunt, sed determinant tantum. Ergo nullam vim et necessitatem animae in volendo inferunt, sed rem eligendam, simul ac naturam actionis in eo, in quo sunt, statu relinquunt. — Quibus positis, vereor, ne H. Reinhardus, super necessitate volitionis interna, culpam in Wolfgangum eiusque amicos relictos, in pessima quaevus ipse ruat. De quibus deinceps dicendi locus erit.

S. VIII.

Iam ad illa momenta accedo, quae Cl. Reinhardus ad denegandam Spiritui libertatem sibi animo singit. Praemitit p[er] 29 quasi-dam positiones, quas praelibat hec multum iuuabit. At nempe Es giebt bey allen Geistern gewisse Triebe, die denenselben entweder wesenlich oder angebohren oder habent. Seire caporem, quid essentialie distet ab innato, quidue sit innatum in spiritu, qui sat, vt, quae ex huiusmodi conatu oriuntur appetiones avaritiae, liberae non sint, vnde istiusmodi conatus, quos insuperabiles vocat Cl. Reinhardus, necessitatem non inferant Spinozae internam? Quid sanū continent illac sumtiones: Wenn der Verstand einem Geiste ein Objet eines in ihm befindlichen und unüberwindlichen Triebe folbergestalt vorstelle, daß die Vorstellung ihren zurückenden Grad der Lebhaftigkeit hat, und es dagey nach dem Zufande des Geistes unmöglich ist, daß der selbe entgegen gesetzte Bewegungs Gründe in sich hervorbringen, und solchen die gehörige Stärcke geben könne. Nec non illa: in solchem Falle ist die Freyheit nicht mehr vermögend, den Willen anders zu bestimmen. Quis, quæsio, hanc idearum farraginem, cui lumen data opera admittit, veram

veram credit, perspicuam, rationique congruam? Plures, vna, hic committuntur fallacie et elenchi ignorantiae. Anima enim ipsa sese determinat ad actionem aliquam suscipiendam, idque propter moria ab intellectu suppeditata et repraesentata. Quam vero inter plures actiones eligere vult, ipsa, propter eam, qua, tamquam affectione, praedita est, eligendi facultatem, sibi sufficiat.

§. IX.

Pergo ad diuersos illos casus, in quibus Clariss. Reinhardus animam libertate destitutam praedicat, quosque attulit p. 30. seq. Primus sic se habet: *Wenn einem Geiste von unendlicher Vollkommenheit gewisse Begehrungen wesentlich sind, oder er, bey seinen Wirkungen außer sich, gewissen in seiner wesentlichen Vollkommenheit gegründeten Regeln gemäß handeln muß. Is casus sequenti secundo congruit, et ad illum facile reduci porest. Id quod vel oculatioribus patet. Sic enim effertur: Wenn bey einem Geiste die Neigung zu gewissen Vollkommenheiten so überwiegend starck ist, daß er derselben nicht zuwider handeln kan, im Fall der Verstand zureichend erkennet, daß eine gewisse Handlung dieser Vollkommenheit gemäß und die Unterlassung derselben ihr zuwider sey. Der Verstand aber so erleuchtet und vollkommen ist, daß keine entgegen gesetzte irrite Bewegungs-Gründe entstehen können. Cuius propositionis sensus est, si perfectiones, eiusque congruentes actiones, quas ipsi intellectus distincte repraesentant, velle debet. Vtitur Discentiens Nobilissimus genere scribendi, quo lectores aut capiat, aut rectius decipiatur, prolixiori, obscurio, imperspicuo et aliquid profundi mentientis, quod doctrinae genus ignaris, assensionis dicam, an admirationis consequendae causa, imponit: intelligentiores, qui detrahere larvam fallaci ingenio satus putant, male habet. Ex iis enim, quae Aduersarius Acutissimus hisce duabus propositionibus exprimit, prono aliwo fluit, Deo Spiritui illi infinito, seu menti infinitae, libertatem summam denegandam esse, quam tamen absolute necessario habere deber, et aequo Dcus non forer, si careret summa voluntate, et libertate, ac si careret summa intelligentia. Voluntas enim Dei spectat ad optimam quaevis naturae rerum, et*



quicquid rebus creatis convenit, id etiam vult. Impossibilia, quae Deus, licet gaudeat potentia illimitata et infinita, producere nequit, ea ne quidem vult. Quod vero nihil perfectionibus eius contrarium velit, i. e. quod semper velit, quicquid cum perfectiōnibus eius conspirat, eius ratio habetur in sanctitate voluntatis et libertatis summa. Absolute necessaria vult liberrime, ut absolute necessaria: quae vero tanta libertate non gaudent, ea quoque non vult, nisi sub ea conditione, qua intelliguntur, esse necessaria. Conf. de hac re Summus Hanouius, Praeceptor meus ad cineres vsque colendus, in Disquisit. Metaph. p. 454. Quis vero dicere audebit, Deum vivere, omniscium esse, existere nolle? quo nihil absurdius posset edisseri. Secundi casus, opuslaem, Dissentiens Doctissimus exempla protulisset in medium. Cum itaque Systema Wolsianum confusione accusat p. 47. merito se a vitio obscuritatis liberare debuisse, ne eadem, quam in alios coniicit culpa, ipsum redargueret. Quod ad rem ipsam attinet, an eiusmodi vnguaria sit et inueniatur, necessitatibus in agendo casus, quem ill. Reinhardus fingit, libertatis expers, eisdem valde dubito. Verum quidem est, voluntatem agere, secundum representationes intellectus distinctas; quod autem voluntas, vii Reinhardus doctiss. statuit libertatem suam amittat, eo ipso, cum perfectiones illas appetit, falsissimum est. Fundamentum omnis libertatis est ratio, quae nobis nexus rerum indicat, quid bonum sit, quid melius, quid malum, quid peius. Necesse itaque est, ut homo tam diu libertatem refineat, quam diu ratione praeditus est. Cum vero ratio ab anima nunquam separari possit, nisi simul anima annihilatur, palam est, etiam homini a unquam abnegari posse libertatem.

§. X. regi isti i materiali excedere

Tertius et quartus casus leguntur p. 30. his verbis concepti:
Wenn im Gegentheil eine Neigung zum Bösen so starck, und
der Verstand so verderbt, oder wenigstens den Trieben so unter-
worfen ist, daß unmöglich Begierden oder kraeftige Motiven zum
Guten entstehen können. — Wenn überhaupt in einem gewissen
Falle

Falle ein Trieb oder eine Begierde so starck ist, daß die Freyheit solche zu hemmen, oder entgegen gesetzte Begierden hervorzubringen, nicht vermoegend ist, auch in dem Geiste keine Bewegungs-Gründe von genugſamer Staerke vorbanden sind, deren ſie ſich hierzu bedienen koenten. Vno verbo, ſi in statu feruitutis moralis versatur. Sie enim vtraque propositio in vnam contrahi poſſunt. Tunc enim spiritus ſequitur ſensuſ, imaginationem, affectuſ, vocem intellectuſ obtundit, vt ne amplius, quam diu in hoc ſtatu miſerrimo perſeueraſ, bonum verum ab apparen- te rite et debite internoscere poſſit. Quis vero inde a rei cuiuſ- dam abuſu, ad eius existentiā negandam concludere velleſ? Re- tinet homo ſeruus affectuum libertatem ſuam, quae a voluntate nunquam separari poref. Meliora enim omnino edoceri poſteſt, et fit perſaepe, vt eo temporis momento, quo prolapsuſ ad vitia moriuſ, contrarium ſuadentibus, morem gerat, et virtutem exerce- at. At vero ſi ſtatur, dari cauſu, vbi homo libertate ſua vii non poſſit, ſed aut ſecundum eſſentiales quodam, aut innatos co- natus, vt ait Reinharduſ, neceſſario agat, plane ſubſcribitur ſenten- tiae Spinozae, ſpiritui (finito) quodam volitiones eſſentiales tribu- entis. Is enim Eth. P. II. propos. 48. mentem, ait, non habere abſolutam facultatem volendi aut noleſi per ſe quidquam, ſed ad hoc vel illud volendum ab aliqua cauſa, hanc rufuſ ab alia, ul- timam denique a Deo determinari. Imo ſtatur Spinoza, homines ideo ſe liberos credere, quod ſuarum noleſionum et appetitionum conſci, de cauſis, a quibus diſponuntur ad appetendum et volen- dum, quas ignorant, minime ſunt ſolliciti. Vid. Eth. P. I. opp. Iam Reinharduſ intellectu regimen voluntatis in multis cauſib⁹ denegans, Spinozae errorem, et ſi quod peius eſt, omnino errat, nempe ruin homines cauſa volendi et moriuſ, vt Spinoza arbitra- tur, deſtituti ſunt.

§. XI.

Pag. 34. ſq. multa dicit Drus Reinharduſ, quae conſutatione di- gna viderentur, ſed quoniam nobis non proponimus, omnes ac ſingulas opiniones, veritati inimicas ſub examen reuocare, eas

quoque sicco pede licet praeterire et pauca tantum de *indifferen-*
tia perfecti aequilibrii addere, quam hisce verbis ruetur? Es
Koennen zu verschiedenen gleich moeglichen Handlungen, gleiche
Bewegung, Gründe seyn. Quibus merito verbis, opponimus verba
Bülfingeri in *Dilucidat. Philos.* p. m. 510. „Non requiritur ad li-
„bertatem eiusmodi voluntatis indifferentis, stupor, aut insensibili-
„tas, ut illi rationes suasoriae sint, quod surdis fabula, sic, ut illis
„nullatenus moveatur, ad volendum, hoc potius quam aliud, sed
„coeco impetu, aut ex plenitudine voluntatis, qua bonitatem in ob-
„jecta transfundat, adeoque per decretum a motuis absolutum eli-
„git, quod eligit. Hanc sententiam vix quisquam tuebitur.“
Aitam multi, et cum eis Doctiss. Reinhardus eam defendit. Mer-
rito vero ea refertur *indifferentia perfecti aequilibrii* inter anilium
rerum deliramenta et commenta. Iam ordine ducti fundamentum
indicaturi sumus propositionis nostrae, quam eo destitutum dicit
Dissentiens Doctiss. p. 35. vbi: *Ich habe dies alles zu dem Ende*
angeföhret, um den Ungrund des Schlusses zu zeigen, wem man
sagt, ein vernünftiges Wesen kan unmöglich das Schlechtere, dem
besser erkannten vorziehen; Es handelt aber deswegen doch frey,
*folglich ist auch da eine freye Handlung, wo es nicht moeglich ge-
wesen, anders zu handeln.* Negat Doctiss. Aduersarius hanc pro-
positionem nostram. Fundamentum eius latet in *ratione et intelle-*
citu: Quicunque gaudet facultate, obiecta distincte representandi,
ist maius bonum bono minori anteferre debet. Bonum enim mi-
nus, in relatione ad maius, reuera malum est, *per princ. Psychologica.* A. ens *ratione praeditum* gaudet facultate obiecta distin-
cte perspicendi, per notionem animi. Ergo omnino bonum mai-
ius minori anteferre debet. Quod vero ens *rationale* in apper-
endo bono maiore, minore auerlando, libere agat, hoc demonstra-
tur argumento: Quicunque in auerfando et apperendo ex motuis
agit, is agit libere, *per definit.* Animus humanus in apperendo et
auersando ex motuis agit, *qua nullus spiritus absque motuis ali-*
quid velle, aut nolle debet. Ergo agit libere. Ergo etiam ibi,
vbi moraliter impossibile fuit, aliter agendi, actio libera est.

§. XII.

§. XII.

Iam examinanda est Doctiss. Aduersarii responsio ad nostrum argumentum. Dicit l. c. *In dem Falle, wo es nicht möglich ist, daß ein Geist der Vorstellung eines gewissen Guten nicht gemäß handeln solle, und wo also der Geist nothwendig auf eine gewisse Weise agiren muß, in diesem Falle handelt der Geist nicht frey.* Doleo, quod Illustr. Reinhardus in antecedenti id iam supponat, quod in consequente edicere constituit. Nam si impossibile est, ut Spiritus aliter, quam uno aliquo modo necessario agat, iam per se constat, ipsum libere agere non posse. Huiusmodi refutationis via auror in locis bene multis commitit. A Philosophis demonstratum est, in actionibus Spirituum liberis nihil inesse necessitatis absolutae, et impossibilitatis physicae, sed inesse necessitatem quandam moralem. Aequo absconum forer, de substantia simplici et immateriali usurpare vocabula rebus corporeis propria: ac de corporibus adhibere voces, non nisi de entibus simplicibus praedicandas. Quis enim sanus me ferret, dicentem: Materia cogitat? Talia enim sunt praedicata, qualia permittuntur a suis subiectis. Haec si ponderasset Dissentiens Ampliss. multas fallacias ambiguitatis in syllogismis et obiectionibus evitasset.

§. XIII.

Iam acquiesco in illis, quae in hisce paginis pro rite tuenda *vera libertatis notionem* afferre volui. Bene multa adhuc de ea restarent monenda, et si omnes ac singulos proferre errores, mihi mens fuisset, fere librum multarum plagarum exarare potuisset, quarum ut numerus, ne ultra modum excedat, cauendum mihi omnino fuit. Idem valer *de mundo optimo*, quem variis pro more solito rationibus Ill. Reinhardus impugnat, qua de controuersia hic agere institutum meum non patitur. Sic quoque *gloria supremi Numeris externa ab Ill. Viro in Deo successionem statuente etc. impugnata, vindicanda fuisset; Sed, has singulares opiniones indicasse sufficiat, alio forte tempore de iis omnibus re-*

Etiorum dicemus sententiam.



Welt zu machen ist. Großer Menschen. Bischof ist ebenfalls der
 Welt zu machen ist. Aber man ist kein Mensch mehr. Und wenn ich
 mich selbst nicht mehr sehe, wenn ich mich nicht mehr kann, dann
 kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen. Ich bin nur noch ein
 Mensch, der nicht mehr weiß, was er tun soll. Und wenn ich mich nicht
 mehr auf die Welt beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein Mensch, der nicht mehr weiß,
 was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann,
 dann kann ich mich nicht mehr auf mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein
 Mensch, der nicht mehr weiß, was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen.
 Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein Mensch, der nicht mehr weiß,
 was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann,
 dann kann ich mich nicht mehr auf mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein
 Mensch, der nicht mehr weiß, was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen.
 Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein Mensch, der nicht mehr weiß,
 was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann,
 dann kann ich mich nicht mehr auf mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein
 Mensch, der nicht mehr weiß, was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen.
 Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein Mensch, der nicht mehr weiß,
 was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann,
 dann kann ich mich nicht mehr auf mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein
 Mensch, der nicht mehr weiß, was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen.

Welt zu machen ist. Großer Menschen. Bischof ist ebenfalls der
 Welt zu machen ist. Aber man ist kein Mensch mehr. Und wenn ich
 mich selbst nicht mehr sehe, wenn ich mich nicht mehr kann, dann
 kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen. Ich bin nur noch ein
 Mensch, der nicht mehr weiß, was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen.
 Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein Mensch, der nicht mehr weiß,
 was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann,
 dann kann ich mich nicht mehr auf mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein
 Mensch, der nicht mehr weiß, was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen.
 Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein Mensch, der nicht mehr weiß,
 was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen kann,
 dann kann ich mich nicht mehr auf mich selbst beziehen. Ich bin nur noch ein
 Mensch, der nicht mehr weiß, was er tun soll. Und wenn ich mich nicht mehr auf
 mich selbst beziehen kann, dann kann ich mich nicht mehr auf die Welt beziehen.

Fb 252.2

X 2310848

W.C.



VERAM
LIBERTATIS NOTIONEM
CONTRA
CELEB. REINHARDVM
T V E T V R
ET
DVOBVS VIRIS PRAENOBILISSIMIS
DISCESSVM
AB ALMA LEVCOREA.
GRATVLATVR
NOMINE EORVM QVI SVB MODERAMINE
VIRI
EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMI DOCTISSIMI
IOANNIS DANIELIS TITII
PHYS. PROF. PVBL. ORD.
IN
DISSERENDO SE EXERCENT
AV TOR
IOANNES DAVID RIEPK
WITEBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI
ACADEMIA TYRI